

FUNDAMENTUM CANTUS GREGORIANI, SEU CHORALIS

*PRO CAPTU TYRONIS DISCIPULI,
EX PROBatis AUTHORIBUS COLLECTUM,
ET BREVI, AC FACILI DIALOGICA METHODO IN
LUCEM EXPOSITUM OPERA, AC STUDIO.*

A. R. D. MICHAELIS SILLOBOD,
PAROCHI IN MARTINSZKA VESZ.



Z A G R A B I A E,

Typis Gajetani Francisci Härl, Incliti Regni Croatiae Typograpi, 1760.

MDCCLIX. XXII. AUGUSTI.

Rmus Dūs Catb. Eccl. Zagrab. Canon. Decanus GEORGIUS BISZTRICZEY, præfens opus revideat, ac suam superinde censuram apponat.

GEORGIUS REES, Cath.
Eccl. Zagrab. Custos & Vi-
car. Gener. m.p.

APPROBATIO CENSORIS.

Postquam Librum, cui Titulus: FUNDAMENTUM CANTUS GRGORIANI, seu CHORALIS &c. pérlegisse, ac cum probatis Authoribus consulisse; occurrit: quod de Platone olim Poëta dixit, dicam ego de libro hoc: *Hic unus instar est omnium.* Sive enim Cantum Choralem omnium Ritūs Romani Ecclesiarum, sive Chori Nostri Cathedralis Ecclesiae Zagrabiensis Antiquissimam canendi consuetudinem spectes; ita hæc attemperata præsefert: ut nulli in aliquo deesse videatur. Dignum itaque judico: ut in publicam prodeat lucem, ac Tyronibus, ad Musicum concentum è fundamentis penetrandum aspirantibus, lucis plus afferat. *Zagrabia die 4. Septembris, Anno 1759.*



GEORGII BISZTRICZER,
canonicus Zagrabiensis, & sacrae
Sedis Diœcesanae Zagrabiensis
Notarius. m.p.

PRAE-



PRÆFATIO AD LECTOREM.



Tsi multi olim fuerint, qui omnem musicæ Supellectionem copiosè, ac eruditè, arte, & ratione in Communem usum traduxissent: atque etiam modò sint Doctrinâ, & Authoritate Clarissimi in Ecclesiis Chorostates, ad oīnem melodiam, ut ait Virgilius: *& Cantare parres, & respondere parati.* Attamen vidi ego tyrones juvenes, nobilissimæ hujus artis amantes, qualis ego olim fueram, ita inter se disceptare, ut uter ab altero discere debeat, ex adverso audiens haud discernere valebat. Nequaquam ideo: quod decessent aut Auctores, aut Magistri, qni eorum nodos solvere possent, aut vellent; sed quod decesset facilitas, & Claritas rudi, ac inertii juvenum ingenio accammoda. Quamobrem operæ pretium haud mediocre, ut spero, me facturum putabam, si Fundamenta Cantus Choralis ex varijs probatisque Auctoribus, quasi ex viridario flores in unum fasciculum methodo Dialogica, utpote suaviori, ac magis perviâ, quâ totius rei summa in animos juvenum facilius, ac fructuosius influere posset, colligerem: col-

collectaque, ratione quasi amico foedere ita copularem, ut nec claritati suavitas ; nec suavitati deesset claritas : quibus & Magister, & Discipulus, tanquam delectabili vinculo, tenerentur. Quo in scriptio-
nis genere quantum profecerim, intelligentis Censoris fuerat judicare. Verum ea moderni temporis est corruptela, ut cum multi sint, qui novis operibus legendis delectantur, longè plures esse, qui iis carpen-
dis linguas suas intentent; aliisque censurare, cavillare, judicare au-
deant, præsumant; et si fors nec opus Auctoris viderint: Ejusmodi Zoilos, ego quoque, licet minimus, ut evitarem, scripturus, su-
spensam identidem tenui manum, atque etiam calamum abjeci, abje-
ctum tamen, suffragio Gratosi Moeценatis, ac Patroni mei resumpsi,
qui ex Platone monitum me esse volebat: *Nos nobis natos non esse; sed
ortus nostræ partem patria, partem parentes, partem amici, partem denique
posteri sibi vendicent.* Arque hanc ut plurimum ratione motus, in-
genuos juvenes vitæ, laborumque meorum participes, quasi hæredes
esse volui. Accedite ergo Nobilissimis præceptis meis imbuendi, ut
horum facilitate & recte canere sciatis; & quod canetis, à Deo Optimo impetratis; atque alios etiam ad pares devotionis affectus exci-
tetis, si enim (quemadmodum Dialogo I. dicturi sumus) reliquis ar-
tibus præstantior hæc ars, felicem in terris Platonem, ac Beatum in
Cœlis fecit Davidem; minimè vos inopes relinquet orphanos. Quod si me, qui vos ita alloqvor, nosse cupitis, adite eundem Divinum
Platonem, libro de Legibus dicentem: *nulla ex re magis hominem, quam
ex verbis, qualoquuntur, & opere, quod facit cognosci.* Cognoscite ergo,
me ex hoc opere, quod totus vester ita esse voluerim, ut corpore
etiam à vermbus absumpto, cor saltē meum, in animis vestris,
vivum inventum iri confidam.

MICHAEL SILLOBOD, P.

DIA.



DIALOGUS I.

DE A U T H O R E M U S I C E S , S I V E C A N T u s .

MAGISTER.



DMusices artem, artium liberalium antiquissimam, juxta ac nobilissimam peramanter te invito amantissime Discipule.

DISCIPULUS. Ad ardua me invitas Erudite Magister; Nisi enim natus sit Pœta, & Musicus, ei docendi labor frustra impenditur.

Magr. Nihil arduum abhorreas Ingenue Juvenis; Laboris enim ardui prœmium virtus est; natura verò arte perficitur.

Disc. Saltem per asperam, ac spinosam viam non ducas discipulum tuum suavissime Magister.

M. Neque hoc metuas boni animi juvenis: Antequam enim provinciam hanc tractandam suscepissem; scribentem, sapienter admonuit Horatius, *Quid quid præcipes, esto brevis, facilis, & clarus, ut dicta percipient animi dociles.*

D. Præceptis ergo, ac institutis optimi Magistri imbuendus, quid Musica sit, scire cupio?

M. Rectè cupis id, quod à Platone, & Aristotele priùs traditum præcepit Cicero: Omnem institutionem, quæ de re quacunque suscipitur, debere à Definitione proficiisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disseritur. Est autem Musica bene canendi scientia: bene autem canere (*teste Bóetio*) est singulare donum, & gratia Omnipotentis Dei.

D. Ô gratia! ô donum Dei amabilis Musica! à quo originem habeat, incessit animum cupido sciendi?

M. Dicunt quidam habere ab ipsa natura, alii à strepitu fluviorum, alii à pulsu ollarum, alii denique à cantu avium. Sed dicant illi ex se ipsis, quid velint. Ego verò non tam ex me, quām ex sacris literis dicam: Musicam originem habere ab octavo post Adam homine Jubal. Ipse enim (*Gen. c. 4. v. 21.*) fuit *Pater canentium citharā, & organo*, ut unisono canentium Angelorum choro in cœlis, responderet in consonantia suæ 8^{va} in terris.

D. Operosa est homini consonantia Magister! quomodo ergo eam componere poterat Jubal?

M. Poterat sanè, quia habuit frātēm Tūbalcain, qui (*citato cap. 4.*) fuit malleator, & faber in cuncta opera eris, & ferri. Frater ergo ejus Jubal, ex diverso inæqualium malleorum sono, diversas consonantias composuit: atque ita per Musicam simplicem, Divinâ prouidentiâ ad Harmoniacam pervenit, eāmque posteritati tradidit.

D. Novum genus quæstionis facis Magister, Nonne quasi omnes Adæ posteri cum suis artibus diluvio deleti sunt: Quomodo ergo Jubal Musicam posteritati tradere poterat?

M. Providè equidem poterat. Nam antequām Deus sceleratum mundum punivisset, Jubal in spiritu prævidit igne, vel aquâ puniendum. Ne ergo cum malo mundo bona quoque Musica periret. Jubal inventæ à se artis servantissimus custos, duas columnas erigi curavit; marmoream unam, latericiam alteram; utramque Musicæ principiis ideo insignitam, ut si marmorea igne absumeretur, latericia maneret: vicissim, si latericia aquâ dissiparetur, marmorea superstes servaretur. Inundantibus ergo super terram aquis diluvii destructa, ac dissipata est columna latericia, ac sola marmorea cum impressis

Musicæ principiis, integra inventa est per Nöe. Quæ (*ut refert Samber. in elucidatione Musicae choralis*) hodieum in Syria pro æterna memoria, tanquam pretiosissimus thesaurus vigilantissimè custoditur.

D. Optimum, ut video, hac in re vetustatis Magistrum modò egisti. Age ultiro, & dic quæso: ad quas deinde nationes tam nobilis ars pervenisse traditur?

M. Imprimis ad Ægyptios, ab illis ad Græcos, à Græcis ad Latinos, præsertim verò per Hebræos, per quos ut plurimùm Musicalia Instrumenta in utilitatem hominum, & laudem Dei inventa esse scribunt Historici.

D. Ergone ais utilem homini, & gratam esse Deo Musicam?

M. Nec secùs. Quomodo enim grata non erit homini Musica, quæ (*nisi surdo canas*) desperatum erigit, iratum temperat, tristem latificat, melancholicum exhilarat, & quod caput est omnium, hostem corporis, animaque fugat. Quemadmodum percidente David citharam, rofocillabatur Saul, & levius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. 1. Reg. c. 16. Quomodo etiam grata non erit Deo: si idem coronatus Vates hortatur nos dicens: Laudate Dominum in psaltrio, & cithara: in tympano, & choro: in chordis, & organo, ac cimbalis bene sonantibus. Rectè ergo dicebat olim sagacissimus Socrates: nihil se sciœ, nisi Musicam didicisset.

D. Musicam unicum vitæ, animaque solarium dicis clarissime Magister?

M. Ita est, unicum dico, sed Quintuplex intelligo; Musica enim 1^{ma} est *Theoretica*, seu speculativa, quæ in sola contemplatione, & cognitione regularum versatur, cuius finis est scire; ut si quis sciat quidem artem, ejus tamen specimen non exhibeat. 2^{da} est *Præctica*, quæ in ipsum opus, seu exercitium prodit; cuius finis est agere, nullo post actum relicto opere; ut si quis solum doceat Musicam. 3^{ta} est *Poëtica*, quæ præter cognitionem, & exercitium post laborem aliquid operis relinquit; veluti Poëta carmen post mortem. 4^{ta} *Instrumentalis*, quæ sive voce, & textu solis instrumentis peragit. 5^{ta} *Vocalis*, quæ voce fit.

D. Bonitate tua Magister, satisfactum est expectationi meæ.

M. Nondum satis. Scias etenim Vocalem Musicam adhuc subdividi in *Choralem*, & *Figuralem*. Dico in *Choralem*, quòd passim usum obtinuerit in choro. Potiori tamen jure dici consuevit *Cantus Gregorianus*, à Divo Gregorio Magno, non quidem ab Eo quasi Authore; sed quòd is *Antiphonale*, & *Graduale* manu propria scripsérunt, & ab Ejusdem tempore, scilicet ab anno Christi, circiter 603. manus sui incrementum ubique in *Ecclesiis* acceperit: Quia verò simplicibus notis constaret, à quibusdam nuncupatur *Planus*: ab Italio verò *Firmus* ob stabilem temporis mensuram in notis servandam; ad distinctionem *Cantus Figuralis*, qui temporis mensuram per figuratas notas, & varia signa exprimit.

D. Praeclarè subdivisisti Musicam Magister. Jam quæso te dic modò: de qua nobis deinceps sermo instituendus est.

M. Me consule de Chorali tanquam digniori, & antiquiori. Sic itaque nobis, si tibi placet.

DIALOGUS II.

DE LINEIS, NOTIS ET CLAVIBUS.

Magr. **Q**ui montem Musæ ascendere cupit, imprimis scalam ad canendum sibi erigat, oportet.

Disc. De scala cantùs loqueris Magr. At ex quot gradibus componatur, taces?

M. Si ad veterum monumenta, unde priori sermone digressi sumus, nobis denuo redire licet; invenimus sanè in columna Jubal scalam ex tribus tantùm lineis compositam: talèmque longo etiam post diluvium tempore in usu fuisse. Crescente verò tempore, crevit etiam scala: quòd modò de præcepto quatuor lineas produci debeant; de consilio autem etiam s; q; produci possint. Quarum infima, est ordine 1^{ma}, & quæ sequitur 2^{da}, deinde 3^{ta}, 4^{ta}, &c. Eodem passu ipsa quoque spatia numerare noveris. Sic nempe.

Línea 5.		5. Spatiūm.
Línea 4.		4. Spatiūm.
Línea 3.		3. Spatiūm.
Línea 2.		2. Spatiūm.
Línea 1.		1. Spatiūm.

D. Video Magr, erētam scalam, video etiam seriem linearum; sed quid ad lineas ponatur, nihil video?

M. Si videres veterum cantus, nihil aliud videres, quātū lineas simplicibus punc̄tis signatas, cāsque, incognita adhuc eorum arte papyracea, arborum corticibus incisas. Hac verò aetate, non solum linea, sed etiam spatia signari debent.


D. Itane veterum more, simplicibus punc̄tis signanda erunt?

M. Nequaquām amplius ita fiet. Nam Joannes de Mours, eximius quondam Philosophus, & Mathematicus, alias ad eanendum notas invenisse, nobisqne tradidisse legitur.

D. Fac ergo Venerande Magr, ut videam notas à Mathematico nobis traditas, ac usū receptas.

M. Videbis omnino, sed non uniformes. Licet enim, ut priori sermone dixeram tibi, in solo cantu Figurali servanda sit temporis mensura, ex qualitate notarum, & signorum cognoscenda; est tamen etiam in Cantu Chorali aliqua differentia temporis ex diversitate notarum commensuranda. Hanc ut observes, præsertim in libris Impressionis, attende, qualis est nota. Si est caudata; tunc erit longa, & vox infra illam diutiùs protrabetur. Si est sinè dependente cauda, tunc erit brevis, & vox nonnihil citius canetur. Si verò est angularis, tunc erit semibrevis, & vox infra illam cītissimè absolvī debebit. Quod si notæ breves, vel angularares duæ, aut plures conjungantur, & quasi in uno continuo fluant, ligatæ dicentur, & denotabunt, quod syllaba textus infra illas posita continuari debeat. Brevibus æquivalent notæ obliquæ, hoc est in transversum signatae; in quibus solum extrema valent, medium autem nihil, quantumcunque producantur. Et quia canenti difficultè est de scala in scalam sinè indice transfire, ideo in calce cujusque scalæ; ac etiam mutatione Clavis datur distincta ab aliis nota, dicta

Custos, vel Index, quæ custodiat tonum, ac indicet locum ubi subsequens nota accipi debeat. Vide jam omnes, & singulas in exemplo.



Notæ Longæ. Breves. Semibreves. Ligatae. Crotchetæ.



Ob li quæ Custodes.

D. Video sat clarè exhibitas notas cantus choralis. At quomodo eas sine voce, & textu cantabimus, non video?

M. Scribit Banchieri in sua Cartella Musica: quod Græci, qui primi literarum inventores notas cantus per 6. litteras G. A. B. C. D. E. canere solebant. Nunc vero.

Sexta natura modis, totum circumsonat orbem.

Quos referunt: ut., re., mi., fa., sol., láque simul.

D. Multum venerande Magr. multum debemus Mathematico pronotis; multum Græcis pro inventis literis; cui autem referendas grates censeret pro vocibus?

M. Patri Gvidoni Italo, Ordinis S. Benedicti Monacho Aretino. Hic enim cum Anno Domini 1019. die Sacro S. Joannis Baptiste, primum ex Hymno versum cantari audivisset, nempe.

Ut queant laxis

Re-sonare fibris

Mi-ra gestorum

Fa-muli tuorum

Sol-ve polluti

La-bij reatum

Sancta Joannes

Is haud aliter, quam à Deo illuminatus, ad 6. Capita versus reflexione facta; totidem ex ijs deduxit syllabas, quibus omnis in cantu nota aptè exprimi posset: Servata in reliquo Græcorum Authoritate, quod primæ eorundem literæ F id est Gamina sive G. junxerit ut: deinde A. junxit cum re: B. cum mi: C. cum fa: D. cum sol: E. cum la: utrumque tam amico copulavit fædere, ut nec Græcorum darogaret Authoritati, nec tyronum decesset facilitati.

D. Nihilne amplius nostrâ dignum memoriâ celeberrimus Monachus reliquit.

M. Reliquit sanè jussu Papæ Benedicti 8^{vi} usitatum Graduale. Distinxit etiam Cantum Durum à bimolli; præcepitque literas vocari Claves.

D. De Clavibus loqueris Magr, & quam seram aperiant, non manifestas?


M. Manifestabo equidem tibi, quod Claves aperiant syllabas: sive voces quibus notæ exprimi debeant, ut cognoscas quæ nota sit ut, re, mi, &c. Hoc est Claves sunt vocis formandæ indices sive Generales fuerint, sive Particulares.

D. Duplices ergo Claves Generales, & Particulares docebis Magt.


M. Docebo omnino, dicamque illas Claves esse Generales, quæ in exordio Cantûs, & capite cujusque scalæ, expressè signantur: Particulares verò quæ vel expressè non signantur, vel si signentur, vim Generalis Clavis non obtinent, ut accidit in cantu bimolli.

D. Dic ergo Magr, quot sunt Claves signabiles?

M. Si de numero queris? Græci quoties 5. lineis utebantur, semper duabus Clavibus Cantum prænotabant: nempe ad primam lineam F. id est G. & ad quartam F. vel F. & C. vel verò G. & C. Usu vides hic.



Recentiores tamen, qui 4. lineis utuntur, unicam tantum Clavem signare solent. Sic nempe.




D. Observa Magister in Cantu chorali 3. Claves signabiles, quibus cantus prænotari debet.

M. Bene observas in Cantu Duro. In Cantu tamen b-molli Clavibus C. F. G. adjungi Accidentalem b. Est enim unus Cantus durus, b. mollis alter.

D. Quare clavem b. vocas Accidentalem?

M. Quia hæc semper assitantur Clavi C. signatæ, vel non signatæ sive accidat in linea, sive in spatio, ut vides hic.



D. Video omnino pro Cantu b-molli signaram duplarem Clavem: sed quæ erit Generalis?

M. Erit b. Quia Cantus b-mollis desumit suam denominationem à Clavi b. dummodò b. non alicubi, & in parte tantum, sed per totum Cantum, & in capite cuiusquæ scalæ associatur Clavi C. Aliæ autem Claves C. F. G. quasi signatæ non essent, particulares dici poterunt.

D. Quid igitur dices, ubi b. non per totum cantum, sed alicubi tantum signatur?

M. Dicam tunc, literam b. nec exhibere figuram Clavis Generalis, Cantum verò principaliter esse Durum, minus autem principaliter b-molle, adeoque mixtum; magis vel minus, prout frequentius, aut rarius, b. signabitur. Idem est, si Cantus sic b-mollis, & alicubi & quadratum signetur, mixtus erit.

D. Sed quare has doceas de disciplina rationem?

M. Quia Musici, & Cantores utuntur b. rotundo, & \natural quadrato non solum ad denominandum Cantum, sed etiam ad significandas voces fictas obiter illapsas. Siquidem b. rotundum vocem *fa*, ex natura sua mollem, & \natural quadratum vocem *mi*, ex natura sua duram repræsentet, vox igitur *mi* tibi dura datur, *fa* mollis mellificatur.

D. Satis Venerande Magr, satis miscuisti quadrata rotundis: dedisti durum cum molli: signasti Claves: Jam quæso te exple sitim memem, quomodo reliquas literas suis in locis locare potero?

M. Hoc poteris ex sola clavi signata. Nam vides, quod claves invicem (excepta Γ) tribus tantum lineis distent. His vero cognitis facilè alias literas locabis; dummodò eas memoriter recitare sciveris.

D. Experire me, meumque ingenium Magr, si bona indolis, & animi docilis sim? si Optimo Magistro dignus Discipulus?

M. Recita ergo si potes Discipule à clavi C. literas sursum.

Disc. C. D. E. F. **G.** A. B. C.

M. Recita deorsum.

Disc. C. B. A. G. F. E. D. C.

M. Recita modò à clavi F. sursum.

Disc. F. G. A. B. C. D. E. F.

M. Recita deorsum.

Disc. F. E. D. C. B. A. G. F.

M. Recita tandem à clavi G. sursum.

Disc. G. A. B. C. D. E. F. G.

M. Recita deorsum.

Disc. G. F. E. D. C. B. A. G.

M. Sat egregium modò profectus tui dedisti specimen Discipule; quo prodis nihil eorum, quæ hactenùs te docui, memoriā excidisse suā. Festinemus ergo ad alia.

DIALOGUS III.

DE SOLMIZATIONE.

Magr. Produximus hactenùs lineas, expressimus notas, signavimus claves: nunc patens, & aperta est via, ut procedentes procedamus per solmizationem; quæ non est aliud, quam notarum per certas voces recta pronunciatio.

Disc. Exhibe Magr. Discipulo medium, quô notas per rectas voces pronunciare valeat.

M. Solent Magri. artis exhibere manum, in eaque omnes vocum derivationes articulatim explanare dicentes:

Disce manum tantum, si vis bene discere cantum.

Absque manu frustra, disces per plurima lustra.

Verum quia ejusmodi manus minus clara videretur, ideo nos faciliorem Methodum secuti (salva artis inventorum integritate) ad scalam ex 10. ut vides lineis erectam omnes vocum derivationes reducemos.

Scala Generalis Cantus \natural Duri, & b-mollis.

		la	la
Super. c.	d-	la	sol
	-d-	sol	sol
Acute.	e-	fa	fa
	-b-	fa	bfa
Media.	a-	mi	re
	-g-	re	mi
Subacute.	f-	ut	re
	-c-	ut	fa
Sub. Media.	e-	la	mi
	d-	sol	re
Sub. Acute.	c-	fa	ut
	b-	fa	mi
Sub. Subacute.	a-	mi	re
	-g-	re	ut
Sub. Sub. Media.	f-	la	mi
	-d-	sol	re
Sub. Sub. Acute.	e-	fa	ut
	-b-	mi	re
Sub. Sub. Subacute.	a-	re	ut
	-g-	ut	mi

In hac igitur scala, vides Discipule, per ternam litterarum replicationem, (excepta F. quæ bis tantum replicatur) esse 10. lineas ac totidem spatia, adeoque 20. notas, ultrà quas in cantu chorali progressi non poteris, nec vero nudebis. Vides etiam utriusque cantus ascensum, & descensum: & si nondum omnia intelligis, interroga Magistrum.

D. Pacè tuâ interrogabo Magr: Quare literas ter replicaveris, replicatas diviseris in *Finales*, & *Affinales*?

M. Ideo ter replicavi literas, quia omnis cantus vel est gravis, vel acutus, vel superacutus. Si ambit literas graves, procedit deinceps: si acutas, procedit altius: si superacutas, procedit altissimè. Ideo autem replicatas divisi in *Finales*, & *Affinales*, quia omnis Regularis cantus in una ex 4. finalibus literis terminatur, quæ sunt D. E. F. G. De quibus suo loco dicemus. Quod si terminetur in litera Affinali A. vel B. vel C. Irregularis erit.

D. Quare autem in Scala Generali alicui literæ dedisti unam vocem, ut; alicui duas fa, ut; alicui etiam tres, sol, fa, ut?

M. Hoc ideo factum puta, quia in loco illo, ubi est solum ut, non potest alia vox dici, quam ut. Et ubi est fa, ut, non potest dici, nisi vel fa, vel ut. Ubi autem est sol, fa, ut, solum una ex tribus dici potest vel sol, vel fa, vel ut. Respiciendo clavim superioriorem, aut inferiorem directivam, ut sequens tibi exhibet symbolum.

In Cantu Duro.

In Cantu b-mollis.

A	la	mi	re	re	la	In	--	mi	la	In
B	fa	mi	-	mai	mi	in	--	fa	fa	
C	sol	fa	ut	ut	fa	descendendo.	--	ut	sol	descendendo.
D	la	sol	re	re	sol		--	re	la	
E	la	mi	-	mi	la	ascendendo.	--	mi	mi	
F	fa	ut	-	fa	fa	ordendo.	--	ut	fa	
G	sol	re	ut	ut	sol		--	re	sol	descendendo.

D. Video in symbolo variari voces penes ascensum, & descensum, quem tamen ego non cognosco. Dic ergo quandonam nota ascendat? & quando descendat?

M. Hoc indicant ipsæ claves. Nam si nota habet supra se notam in clavi C. vel F. vel G. tunc ascendit: secùs verò descendit.

D. Quid si autem nota accidat in ipsa clavi descendetne?

M. Discernendum prius est: vel clavis tūm gerit munus clavis saltem Particularis, vel non? si gerit? tūm nota in ipsa clavi, quasi ad se ipsam descendit. Si non gerit? tunc ascendit ad proximam clavim, quam supra se habet. Tunc autem literæ C. F. G. munus clavis gerere dicuntur, quando vel unicam notam infra se habent. Sic infra, in mutationibus cantūs duri, in exemplis sub numero 3. & 4. Litera G. exhibet munus clavis, quia infra se habet notam f. fa. Ergo descendit, & in descendendo duro habet sol. Similiter sub num. 2. & 6. Litera C. gerit munus clavis, quia infra se habet notam mi, adeoque in descendendo duro C. habet fa. Sub numero autem 1. & 5. Litera G. ut non gerit munus clavis, quia infra se nullam notam habet: ergo ascendit ad clavim, quam supra se habet C. fa. Et similiter sub num. 4. F. fa, ascendit ad G. sol. Quod bene observandum, præsertim illis, qui recentiores sequuntur Authores. Nam Veteribus perinde erat, siue ex data ratione diceretur G. sol. vel C. fa. Sive G. ut vel C. ut propter clavim superiorem, dumodo in unisono vox servetur. Est in omnibus mutationibus utriusque cantūs duri, & b-mollis.

D. De Mutatione loqueris, & quid illa sit, non definis.


M. Mutatio, est vocis in voce in eadem litera unisona variatio.

D. Quandonam ergo variatio vocis fieri debeat, quæsto te dicas?


M. Variatio vocis, seu mutatio fieri debet, quoties una, aut plures notæ supra la, ascendunt, vel infra ut, descendunt.

D. Quid igitur canendum est, si vel unica nota ascendet supra la?


Hæc est universalissima omnium Regula: Unica nota ascendentē supra la, semper canendum est fa, ut ajunt fictum; etiam si cadat in literam e.



Si tamen Cantus sit 3*ti*, vel 4*ti* toni, tunc fieri debebit mutatio *vocis fa*, in *mi*, propter *stam naturalem*, sive *perfectam*, quæ in dictis duobus tonis sit à *mi*, in *mi*; præsertim si cantus sumat initium in *re*, *mi*, vel in *mi*, *re*. Ut vides in hisce exemplis.



Benedicta tu in mulieribus. &c.



Gaude Maria Virgo. &c.

D. Fierine debebit mutatio, si plures notæ ascendant supra *la*?


M. Debebit omnino vel *sol*, vel *la* mutari in *re*.

D. Quid autem dices; si una, aut plures notæ descendant infra *ut*?

M. Dicam hoc, quod si vel unica nota descendat infra *ut*, statim vel *mi*, vel *re* debebit mutari in *la*.

D. Quare ais: vel hæc, vel illa nota debebit mutari in aliam?

M. Quia duplex est mutatio 4^{tae}, & 5^{tae}!



Dico 4^{tae}, & 5^{tae}, quia mutatio fit supra Claves C. & F. quæ invicem, ut vides, semper 4^{to}, vel 5^{to} loco distant.

In mutatione ergo 4^{tae}, post *fa* in ascendendo duro statim canendum est *re*; & in descendendo *la*. In mutatione autem 5^{tae}. post *fa* prius canendum est *sol*, quam *re*, & in descendendo prius *mi*, quam *la*. Considera utramque mutationem in exemplis.

Mutationes in Cantu Duro.

g Num. 1.

X _____ fa
 4^{tae} c _____ mi la
 d _____ re sol
 g _____ fa la
 b _____ mi mi
 re _____ re
 g _____ ut ut

b Num. 2.

a _____ la
 4^{tae} g _____ fol sol
 e _____ fa fa
 d _____ mi la
 G _____ re fol
 b _____ fa mi
 a _____ mi re

Num. 3.

c _____ fa
 b _____ mi mi
 5^{tae} a _____ re la
 g _____ fol fol
 X _____ fa fa
 e _____ mi mi
 d _____ re re
 c _____ ut ut

f Num. 4.

d _____ la
 5^{tae} C _____ sol sol
 d _____ fa fa
 b _____ mi mi
 a _____ re la
 g _____ fol fol
 f _____ fa fa

Num. 5.

g _____ fol
 4^{tae} f _____ fa fa
 e _____ mi la
 d _____ re sol
 C _____ fa fa
 b _____ mi mi
 a _____ re re
 g _____ ut ut

c Num. 6.

4^{ta} G

This musical staff consists of five horizontal lines. It starts with a sharp sign (F#) at the beginning of the first line. The notes are: a (line 4), fa (line 3), mi (line 2), re (line 1), and fa (line 3). The note 'fa' on line 3 is followed by a short vertical line, indicating a mutation. The next note is 'sol' on line 4, which is followed by another short vertical line, indicating another mutation. The final note is 'la' on line 2.

Num. 7.

5^{ta} G

This musical staff consists of five horizontal lines. It starts with a sharp sign (F#) at the beginning of the first line. The notes are: fa (line 3), sol (line 2), mi (line 1), re (line 2), and fa (line 3). The note 'fa' on line 3 is followed by a short vertical line, indicating a mutation. The next note is 'mi' on line 1, followed by another short vertical line, indicating another mutation. The final note is 're' on line 2.

D. Idémne fit etiam in Cantu b-molli?

M. Nequaquam idem, sed totum ab apposito: nempe, in mutatione 4^{ta}. in ascendendo Cantu b-molli, post fa, priùs canitur sol, deinde re, & in descendendo priùs mi, deinde la. In mutatione autem 5^{ta} in ascendendo Cantu b-molli, post fa, statim canitur re, & in descendendo la. Hæc quóque Regula declaratur in exemplis.

Mutationes in Cantu b-molli.

4^{ta} X

This musical staff consists of five horizontal lines. It starts with a sharp sign (F#) at the beginning of the first line. The notes are: fa (line 3), mi (line 2), mi (line 2), re (line 1), and la (line 2). The note 'fa' on line 3 is followed by a short vertical line, indicating a mutation. The next note is 'mi' on line 2, followed by another short vertical line, indicating another mutation. The final note is 're' on line 1.

4^{ta} X

This musical staff consists of five horizontal lines. It starts with a sharp sign (F#) at the beginning of the first line. The notes are: fa (line 3), sol (line 2), fa (line 3), mi (line 2), re (line 1), and fa (line 3). The note 'fa' on line 3 is followed by a short vertical line, indicating a mutation. The next note is 'sol' on line 2, followed by another short vertical line, indicating another mutation. The final note is 'fa' on line 3.

C - b

5^{ta} sol fa fa
 mi la
 re sol fa
 fa mi
 re rc
 ut ut

5^{ra} la
 sol sol
 fa fa
 mi la
 re sol
 fa mi

4^{ta} fol
 fa fa
 mi mi
 re la
 sol fol
 fa mi
 re re

4^{ra} la
 sol sol
 fa fa
 mi mi
 re la
 sol fol
 fa fa


5^{ta} la
 fol fol
 fa fa
 mi la
 re sol
 fa mi
 re re

G

D. In Scala, Cantus, Generali docuisti Magr. quod infra F. Grave; ad liceram b. non possit alia vox dici, quam *mi*. In praemissis tamen Ex-


emplis Cantū b. mollis, infra F. Grave ad b. posuisti *fa*. Quomodo; queso te, conciliabīs hoc?

M. Conciliabo facillimē. Nam quōd in b. Gravi cantū duri non possit alia vox dici quām *mi*. est per se; quōd autem in Cantu b. mollī dici possit etiam *fa*. est per accidens. Si enim Cantus b. mollis à b. Acuto descendat ad b. Grave, naturaliter etiam in b. Gravi dici debet *fa*. propter Octavam, quā fit à b. ad b. ut texponitur in Exemplo.




D. Comprehensūs, & animō. & oculis præstantissimjs tuis tum Præceptis, tum Exemplis restat explanare: ducendā erit 5^{ta} linea, quando cantus supra 4. lineas, ac totidem spatia ascendit, vel descendit?

M. Pro exigentia talis ascensūs, & descensūs solent quidem Figuralistæ unam, aut plures lineas addere. Nos tamen Choralistæ non ita facimus; sed, si cantus supra 4. lineas ascendat, tunac Clavim signatam ad proximam inferiorem lineam movemus: quōd si néque talis sufficiat, aliam superiorem quinto loco distanter signamus: anteposito tamen semper, & ubique suo Custode, quasi Indice indicante locum subsequentis notæ. Si verbis nihil attinet exprimere: adsunt Tyroni Exempla.



D. Clarè verbis, & præclare Exemplis doces Magr. ad proximam inferiorem lineam moyendam esse Clavim tunc, quando Cantus suprà 4. lineas ascendet. Quò autem movebitur tunc, quando infrà 4. lineas descendes?

M. Vice versâ, ad proximam superiorem lineam movebitur. Ju-
vabit iterum videre exempla.



D. Sat industriose pro captu meo laborasti Magr. Haud parùm muneri tuo concedendum erit, si ultro Præceptorum tuorum partici-
pem me facere dignaberis.

M. Si Præceptorum meorum præstantiâ raperis discipule; majori cohatu in eorundem studium incumbas velim. Ego verò id præstabo,
cámque impendam diligenciam, ut etiam quod reliquum est, intellige-
re possis. Est autem.

DIALOGUS IV.

De Intervallis, sive Consonantiis.

M. De intervallis, breviori temporis intervallo Exercitationem habituri, etiam non rogatus Intervalum definio: Quod sit / Teste Boëtio Romano lib. I. c. 8. / soni acuti, gravisque distantia: Hoc est, si forte non intelligis: distantia vocis à voce penes ascensum, & descendum considerata: quam aliqui Consonantiam vocant.


D. Nunc rogatus dices Magr. quot intervalla numeraturi simus?

M. Numerant aliqui plura, aliqui verò pauciora: nos verò 8. tantum communiter recepta, pertractanda assutemus.

D. Assume ergò Magr. unum, quod ordine primum esse novisti.

M. Haud scio, quid tibi hic respondeam bone juvenis. Primum enim intervalum non tam Intervalum est, quam Intervalli principium; quemadmodum unitas non tam numerus, quam numeri principium est. Nullam enim in se vocis distantiam haberet, sed eodem in loco sonat. Honoris tamen gratia ~~sicut~~ primum Intervalum inter reliqua computandum venit. Primum ergò Intervalum, erit tibi prima ordine Consonantia, quam Musici Unisonum vocant. Secunda Consonantia erit Tonus. Tertia Ditonus. Quarta (Græcis vocabulis) Diatexeron. Quinta Diapens. Sexta Exachordon. Septima Ettachordon. Octava Diapason. Antequam tamen singulas examinemus: imprimis videamus Exempla Primæ Consonantie, seu Unisoni.

Prima,
sive
Uniso-
nus.




D. Vellem mihi diceres Magr. quid sit Secunda?

M. Secunda est distantia vocis à voce cum uno intervallo: quod fit, quando à linea ad proximum spatium, vel vicissim fit transitus, si videlicet perfectè, veluti ab ut ad re. vel imperfectè, à mi ad fa.


D. Quare dicas perfectè, vel imperfectè?

M. Minimè abs re quidquam dico. Duplex enim est *Secunda*. Perfecta, & Imperfecta. Illa vocatur Major; Quia in illa quodammodo major, fortior, & intensior sit vocis ad vocem commotio; in ista autem remissior. Unde illa propriè *Tonus* à tonando dicitur (tonare enim, ut Joannes XXII. C. 8. scribit, est potenter sonare) Ista verò Semitonus, quasi minus sonans vocatur; fitque solum in transitu à *mi* vel *la* ad proximum *fa*, & vicissim. Accipe Exempla utriusque

Secunda Major, sive Tonus.




Secunda Major,
sive
Semitonus.



D. Interrogare te ausim Magr. quid sit Tertia?


M. *Tertia* est distantia vocis à voce per proximas 3. notas, sive saltus, cum duobus intervallis. Hæc si componatur ex duobus integris tonis erit major, & propriè Ditonus. Si verò componatur ex Tono, & Semitono erit Minor, Semitonus dicta. Habet autem Species Solmizationis sequentes.

Tertia
Major,
sive
Ditonus.



b fa ♦

Tertia
Minor,
five Se-
mi-
tonus.




D. Digneris Magr. exponere Quartam.

M. *Quarta*, est distantia 4. vocum cum tribus intervallis : estque *Duplex*, *Vera*, una, & *Falsa* alia. *Vera*, propriè *Diatexeron* dicta, componitur ex duobus Tonis, & uno Semitono. *Falsa* autem ex tribus integris tonis: unde à quibusdam *Tritonus* vocatur; ab aliis verò *Superflua*, vel prohibita *Quarta*. Quia nullam gratam Consonantiam facit; sed durum quid, & asperum auribus obtrudit. Utramque probabis canendo.

Quarta
Vera,
five
Diate-
xeron.



Quarta
Falsa
five
Trito-
nus.



D. Quartam ordine sequitur Quinta, quid autem hæc sic?

M. *Quinta*, est distantia 5. vocum cum 4. Intervallis. Hæc, si componatur ex tribus tonis, & uno Semitono, vera, & perfecta erit Consonantia, dicta *Diapens*. Si verò componatur ex duobus tonis, & duobus Semitonis, erit falsa, imperfecta, & dissonans, dicta *Semidiapens*. Uriusque species exponunt Exempla.

X X

Quinta
Vera, si-
ve Dia-
pens.

Quinta
Falsa, si-
ve Semi-
diapens.

D. Audiamus Magr. aliquid de Sexta.

M. Sexta, est distantia 6. vocum cum 5. Intervallis, de nota ad notam faciens saltus 6. Hæc si componatur ex 4. tonis, & uno Semitonio, vera, & perfecta erit, Græcè *Exacordon* dicta. Si verò componatur ex tribus tonis, & duobus Semitonis, erit Falsa, & imperfecta: Cujusvis species considera in Exemplis.


Sexta
Vera, si-
ve Exa-
chor-
don.

Sexta
Falsa ,
& Im-
perfe-
cta.


D. Solutâ Sextâ via aperitur ad Septimam.

M. Septima, est distantia cum b. Intervallis per 7. notas: æquè duplex Vera, sive Major, & Falsa, sive Minor. Major, Græcè *Ettachordon* componitur ex Ditono, & Diapense: hoc est, ex 5. tonis, & uno Semitonio: Minor verò ex 4. tonis, & duobus Semitonis. Cujusvis Species dant Exempla.

Septi-
ma Ve-
ra, five
Etta-
chordō.




Septima
Falsa,
five Im-
perfe-
cta.



D. Superest exponenda Octava.

